

A minime quare condemnari non debet, uidere curantis cōtumaciā accusarūt. Ipsosq; contumaces reputari petierunt, & in eorum contumaciam, pronunciarī, decerni & declarari dictum quondā Ioannem Vuiclef, fuisse dum uixit, notorium hæreticū & pertinacem, ac finaliter decessisse ab hac luce impenitentem; ipsiusq; memoriam, ex rores, p̄sentas doctrinas & dogmatizationes, & p̄sertim xlv. cum ducentis sexaginta articulos per eum conclusos, eodemnandos fore, & per sanctam uniuersalē synodū Constantiēn̄, ac paternitates quatuor p̄latoꝝ, pro p̄senti die potestatem habentiss, loco & nomine quatuor nationum condemnari, ac eius ossa, si ab alioꝝ Christianidelis um ossibus separari possint & secerni, exhumari & proici mandari, aliasq; pronunciarī, decerni & declarari, diffiniri atq; fieri, quod iustum fuerit & expediens fidei orthodoxæ, instanter postularunt.

Ibidem lineæ 11. post runt, inferantur hæc:

B Et ulterius idem archiepiscopus Ianuēn̄. in contumaciam accusatoꝝ p̄dictorum, p̄ dictos promotores pronunciauit, diffiniuit & declarauit, prout in quadam papyri pronunciationis schedula, cuius tenor inferius est insertus, continetur, condemnando memoriam ipsius Ioannis Vuiclef & suoz sequacium, quo ad xlv. articulos eodemnatos in Parisiēn̄. & Pragen̄. studijs, & licet quo ad ducētos & sexaginta articulos, incepisset legere, ac oēs fuissent contenti de xlv. articulis, primo tñ ex interruptiōe dñi Guilielmi cardinalis sancti Marci interueniēte, ipsi ducenti & sexaginta articuli & eoz lectura & condemnatio fuerant referuari ad proximā sessionē generalem. Su per quibus lectura, publicatione pronunciatione & diffinitione siue condemnatio ne, dicti p̄motores petierunt approbationē à dño p̄sidente, & à dictis Luthomusēn̄. Concordiēn̄. Tholonēn̄. & abbate sanctæ Mariæ petierunt r̄nderi, an placet. Domini uero p̄dicti, primo dñs Ioannes Ostiēn̄. p̄sidentis approbauit. Subsequenter q̄libet pro natione sua approbauit. Sup̄ quibus t̄dem p̄motores, Henrico loquente, petierunt per reuerendos patres dños sedis apostolicæ p̄notarios ceterosq; notarios q̄ tuor nationū, & tabelliones quoscunq; ibidē p̄sentes, unum uel plura fieri publicum seu publicā, instrumentū seu instrumēta. P̄sentiibus ibidem illustribus principibus supraddictis, necnon Poloniæ, Noruegiæ, Sueciæ, Daciæ, Cypriæ, Franciæ ambasiatoribus ac multitudine Christianorum copiosa.

Tenores uero dictæ citationum & sententiæ diffinitivæ cum insertione articuloꝝ, de quibus supra fit mentio, sequuntur & sunt tales:

C Sacrosancta synodus in spiritus sancto congregata, generale conciliū Constantiēn̄. faciens, uniuersalem ecclesiam militantē repræsentans, quibuscunq; damnandā memoriam hæresimq; & p̄uersa dogmata quondā Ioannis Vuiclef danandā memoriæ defendere uolentibus, spiritum intellectus sanioris & ad cor reuertī. Licet plerisq; uicibus nonnulli ex uobis se disputaturos in publico & damnandā memoriā dicti loꝝ annis multifarie p̄ multa particularium locoꝝ studia uniuersalia, iam damnata & reprobata, fama uaga & mortua obtulerunt scriptura defensusos, nosq; si q̄ estis, crebris uos uicibus benigne audituri & etiā in sacro Romano cōcilio generali ultimo celebrato, ad id pemptorie citatos expectauerimus, ad lucem tñ minime p̄perantes, amplius uestra exigente cōtumacia, dissimulare nequimus. Quare promotoribus & p̄curatoribus nostris ad id instātibus, & ne ficus fatua suos extēdat palmites, quæ ad nihilum sacro testante eloquio, utilis est, nisi ut eradicata comburatur: uosq; omnes alios & singulos ipsam perfidam doctrinam Ioannis Vuiclef dogmatizātes, aut etiā am quibusuis rationibus uel apparatibus fucatis sophismatibus defendere p̄sueuētes, tenore p̄sentiū ex abundantia citamus, quatenus hodie quæ est dies quarta mensis p̄sentiis Maij, cōpareatis & compareant Constantiæ in ecclesia maiori in publica sessione post missam de spiritus sancto celebratam hora tertiarum, ad uidentum & audiendum dictum quondam Ioannem Vuiclef diffinitive pronunciarī &

Luce. 11.

nnn iij decla